



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres**

**Vismara, Ercole**

**Mediolani, 1579**

Horatii Crvcei Ivricon.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](#)

HORATII CRVCEI IVRISCON.

Ioan. Marci filij, ad Herculem Vince-  
malam Iulij filium.

Insignis pietas proauorum à stirpe profecta est;  
Recte maiorum mentem, animumq. refers.  
Magnifice hanc urbem ornarunt, atq. oppida templis  
Vincemala, magnis cùm fluuerent opibus,  
Ingenij pronepos diues est virib. : offert  
Ingenij sponsae munera grata Dei.

Iosephi Blanci iuriscon. Mediolanen.

Sancta Dei matris scribis feliciter acta.  
Praeclarum ingenij est, & pietatis opus:  
Vincemala ò felix, ò lingua praedite pura,  
Qua miracla refers Virgineumq. decus.  
Insignem adsequeris, scriptor clarissime, laudem.  
Dignus & aeterna es, coelicolumq. domo.

Marcii Fannij, ciuiis Mediolanen.

Intactæ miranda cupis , qui noscere facta  
Virginis , egregium perlege Vincemalam .  
Scripsisse illa fuit pietatis , at ore latino  
Ornaſſe , ingenij , nec minus artis opus .  
Doctrinæ uero , seriemq. & tempora rerum  
Seruantem , miris exposuisse modis .  
Quis talem digne laudet ? cum credere par sit .  
Diuino afflatum numine Vincemalam ?

Alexandri Rouidij Iuriscon. Mediolanensis.

Bella canant alij Romanae gemis , & urbes  
Direptas , actos in fera uincla duces .  
Quid fallax Poenus gesit , quid fortis Achilles .  
Quid Caesar Magnum dum ruit in sacerum .  
Christicolae sacros sincera mente labores  
Vincemalæ excipiant : Virginis historiam .  
Haec tibi narrat , opem ueluti mortalibus aegris  
Alma Deigenitrix , ſepe rogata tulit .  
Quot Sanctis precibus uitarunt magna pericla ,  
Quot clemens orci faucibus eripuit .  
Ergo Vincemalæ dignas persoluite grates  
Qui pius , & primus tam pia dona dedit .